Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift



De diuisione sermonis.

spectare diximus ut sciamus in factis dictiue quis modus
prior aut loquendi ordo quam faciendi est. Sermo in
duo diuiditur in colloquium familiare. In tractatum disceptationemque fidei atque iusticie in utroque
seruandum ne sit aliqua perturbatio. Sed tamquam mitis
in placidus et beniuolentie plenus et gratie sine ulla
ducatur sermo cum tumelia; absit pertinax in familiari
sermone contentio. Questiones enim magis excitare
inanes quam utilitatis aliquid afferre solet. Discep
tatio sine ira. suauitas sine amaritudine. sit
motio sine asperitate. hortatio sine offensione.

De ratione dicendi et formula.

Et sic in omni actu uite id cauere debemus.
ne rationem nimius animi motus excludat.
sed teneamus consilii locum. ita etiam in sermone
formulam eam teneri conuenit. ne aut ira exci
tetur aut odium. aut cupiditatis nostre aut igna
uie aliqua exprimamus indicia. Sit igitur sermo
huiusmodi de scripturis maxime. Quid enim
[illegible] irascimur magis nos oportet loqui quam decet
Qui enim sibi ira uersatione optima adhortati
teri [illegible] one obseruationis disciplineque custo
dia. Habeat caput eius custodiam. In finis modum